– – – ◡ – – ◡ – – ◡ – –
multas res simitu in meo corde vorso, ba4

– – – ◡ – – ◡ – – ◡ – –
multum in cogitando dolorem indipiscor:

◡ ◡ – – ◡ – – ◡ – – ◡ – –
egomet me coquo et macero et defetigo,

◡ – – ◡ – – ◡ – ◡◡ – – –
magister mihi exercitor animus nunc est.

◡ – – ◡ – – ◡ – – ◡ – –
sed hoc non liquet nec satis cogitatumst,

◡ – ◡ ◡◡ – – ◡ – – ◡ – –
utram potius harum mihi artem expetessam,

◡ – – ◡ – – ◡ – – ◡ – –
utram aetati agundae arbitrer firmiorem:

◡ – – – – – ◡ – ◡ ◡ ⏓ – –
amorin me an rei opsequi potius par sit,

◡ – – ◡ – – ◡ – – ⏓ – –
utra in parte plus sit voluptatis vitae

◡ – – ◡ – –
ad aetatem agundam. ba2

– – ◡ – ◡ ◡ – ◡ – ◡ – – ◡ ◡ ◡ – –
de hac re mihi satis hau liquet; nisi hoc sic faciam, opinor, ia7

◡ ◡ – ◡ – ◡ ◡ – – – – – – – ◡ ◡– –
ut utramque rem simul exputem, iudex sim reusque ad eam rem.

◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ – ◡◡ – –
ita faciam, ita placet; omnium primum an4

◡ – ◡ – – – ◡ – ◡ | – ◡ ◡ ◡ ◡ –
amoris artis eloquar quem ad modum expediant. versreiz

– ◡ ◡ – –
numquam Amor quemquam an2

◡ ◡ ◡ ◡ ◡ ◡ –
nisi cupidum hominem

– ◡ ◡ – ◡ ◡ – ◡ ◡ ◡
postulat se in plagas conicere: an4^

– ◡ ◡ – – – – –
eos cupit, eos consectatur;

– ◡ – – – ◡ –
subdole ab re consulit, tr4^

– ◡ ◡ – ◡ – – ◡ – – –
blandiloquentulus, harpago, mendax, crcolcrcol

– – ◡ – ◡ – ◡ – – ◡◡– –
cuppes, avarus, elegans, despoliator, ia4adon

◡ ◡ ◡ ◡ – ◡ ◡ – – – –
latebricolarum hominum corruptor, an4

◡ ◡ – – – – – –
inops celatum indagator. an4^

– ◡ |◡– ◡ ◡ – – – –
nam qui amat quod amat quom extemplo an4

– ◡◡ ◡◡ – – – – –
saviis sagittatis perculsust,

– ◡– – ◡ – – ◡ – – ◡ –
ilico res foras labitur, liquitur. cr4

Text and scansion from Cesare Questa (ed.), *Titi Macci Plauti Cantica* (Urbino, 1995).